


L I B . I . C A P . XII.

Diametrum BD bifariam in I, ipsum autem Parallelogrammum in duo æqualia Triangula GID, & BIH & duo Trapezia itidem æqualia ADIH & GIBC. Idem præstat linea EF lateribus AB & DC parallela.



Si verò per idem punctum medium intersectionis Diametri I transeant simul duæ parallelæ EF & GH, dividetur totum Parallelogrammum in quatuor parallelogramma toti similia, invicem verò æqualia.

Ita Parallelogrammum proximum per lineas EF (quæ lateribus AB & DC), & GH (quæ lateribus DA & BC parallela est) Diametrum DB bisecates, dividitur in quatuor alia Parallelogramma nempe DEGI, GICF, EAIIH & IHFB toti AB CD similia. Quod si Quadratum ita secetur, resolveretur id in quatuor Quadrata: Rhombus in 4. Rhombos, Rhomboides in 4. Rhomboide.

Quod si deniq; Parallelæ illæ in alio quam medio Diametri punto se mutuò secuerint, dividetur quidem iterum Parallelogrammum in quatuor Parallelogramma alia, quorum duo quidem toti similia, sed inter se inæqualia ; reliqua verò toti dissimilia, inter se verò æqualia sunt.

Illa dicuntur apud Geometras esse circa Diametrum, (nec unquam æqualia sunt, nisi cum Diameter tota bisecta est à Parallelis, ut in proximè priori Schemate) eorumq; Diametri sunt partes Diametri totius quomodo: cunq; sectæ.

Hæc verò dicuntur Complementa eorum qua sunt circa Diametrum,

ERHIMB,